

VERSIONES.

Arias. Et percellabant. Syriacus. Etenim docebat eos, ut potestate valens, non autem, ut scriba ipsorum. Theophylactus. Docebat eos, tanquam auctoritate praeclatus.

ALTER TEXTUS.

Luc. 4. n. 31. Et descendit in Capharnaum civitatem Galilaeae, ibique docebat illos Sabbatis.

Alius. Et stupebant in doctrina ejus, quia in potestate erat sermo ejus.

EXPOSITIO.

DE connexione praesentis textus dicam quaestione sequenti. In Capharnaum. Jesus cum discipulis suis, ac caetera turba, quae cum concomitabantur. Et statim Sabbatis, absque ulla dilatione, ac mora, pergit Dominus ad docendum; nactus hic bonam occasionem, erat enim Sabbatum, in quo die erat populus otiosus ab operibus servilibus, ut notant Euthym. Theophyl. & rebus divinis vacabat in Synagogis ad lectionem, ac ad acquirendam instructionem legis. Victor Antiochen. in Marcum, ait. Sabbatis enim, vel solum, vel potissimum inter se coibant Iudaei, idque non tam virtutis, hoc est, sanctimoniam, & obedientiam amore, quam legalis poena formidine. Prophani porius ducebantur poenis, quam virtutis amore. Et bene Dominus ingressus civitatem inchoat praedicationem Sabbato, ut ait D. Ambrosius lib. 4. in Luc. Ibi prius manum admoveat, ubi antea deserat. In officio enim mundi expleto opere suo, requiescit Deus, in ipso enim met die manum porrigit Dominus in civitate ad officium, ac reedificationem spiritualem salutis animarum. In Synagogis. hoc est, congregatio: ut latius explicavi c. 9. n. 13. Et stupebant in doctrina ejus, hoc est, admirabantur. Erat enim docens eos, quasi potestatem habens, & non sicut scriba; hanc sententiam late explicavi supra expositi. 9. & 9. 19. Vide ibi dicta.

QUESTIO I.

De ordine, & connexione hujus historiae cum superioribus.

POST admirabilem sermonem in monte, sanato leproso, ingreditur Dominus in Capharnaum, ut est omnium conveniens sententia, de quo ingressu hic agi à D. Marco, & D. Luca, mihi valde probabile est; & pro hujus rei explanatione notandum est, ut docent D. Hier. Beda; Hago, quod D. Marc. hic, & idem dicendum est

Marcus. Lucas. Hieron. Beda. Hago.

de D. Luca, quod licet ordinem historiae non sit secutus, Mysteriorum autem ordinem servavit. Unde ait Hugo. Marcus non servat ordinem historiae. Primo de arreptio in Synagoga sanato loquitur. Idem. Secundo de foetu Petri. Tertio de leproso, cum è contrario factum sit; sed haec ad nostram instructionem fecit, ut ait Beda. Quia haec tria significant peccatum in consensu, & opere, & consuetudine, quod est quasi lepra incurabilis. Et quod hoc miraculum de arreptio non contigerit immediate post vocationem filiorum Zebedaei, omnium est sententia, ut patet ex dictis cap. 7. & 8. in principio. In textu Lucae etiam res est manifesta, quod non servetur continuatio, ut observant Hugo, & omnes communiter, quia illa historia, quae praecedit in textu de supercilio montis pertinet ad secundum annum praedicationis Christi, ut observat Baronius, Beaulxam. Barradas, Franc. Luc. Cornelius à Lapide, & alij.

Pro ergo exacta hujus rei intelligentia recolendum est id, quod supra dixi c. 10. quae. 1. & 2. quod sermo Domini in monte scriptus à Matth. c. 5. est distinctus à sermone commemorato à D. Luca, sunt enim duo sermones distincti, quamvis ex magna parte similes, tamen diversis temporibus fuerunt habiti, ut docent D. Basil. Tolet. & alij citati allegatis locis; nam sermo scriptus à Matthaeo, habitus est primo anno praedicationis Christi, ut citata q. 1. ex multis patribus probavi, & ita ante vocationem Matthaei, quam ipse narrat cap. suo 9. n. 9. At sermo scriptus à Luca fuit habitus post designationem Apostolorum, Luc. 6. n. 20. Et consequenter post vocationem Matthaei, cum ipse fuerit numeratus inter caeteros Apostolos, Luc. 6. n. 15. Et ideo fortasse Matthaeus maximus temporum observator, ut eum appellat D. Hieronymus, nominationem Hieron. Apostolorum narrat cap. suo 10. n. 2.

Et ideo curatio leprosi recitata à D. Matthaeo cap. 8. num. 1. secuta est sermonem de monte, de quo ipse supra egerat; sanitatem autem pueri centurionis, conjungit Lucas cum fine, ac terminatione sermonis in loco campetri, cap. 7. n. 1. Et ideo cum illo mihi videretur conjungenda, quod etiam placuit Cardinali Toletio in cap. 6. Luc. annot. 23. §. secundo sermonem; Matthaeus autem ob ipsum ingressum in Capharnaum antecedenter ad tempus narravit historiam centurionis, de crevit enim non referre sermonem in loco campetri, ob similitudinem, quam habet cum sermone de monte; & ideo relata historia centurionis, transit iterum ad seriem textus, texendo historiam de foetu Petri, de scriba, de tempestate sedata, de hydropico sanato, & quia hoc miraculum de arreptio sanato, & quantum colligitur ex textu Marci, & Lucae, praecedit historiam de foetu Petri, ut etiam docent Janfen. Beaulxam. Janfenius. Barrad. Francisc. Lucas, Cornel. ut patet ex sua serie historiae Evangelicae, ideo post sermonem in monte in ingressum urbis Capharnaum est referenda. Quod etiam supponit Card. Hugo, hic in Ma. c. ait: Marcus nihil agit de sermone in monte, sed transit ad miracula, & primo de arreptio, &c. Ergo supponit sermonem in monte jam habitum fuisse; post cujus terminationem succedit haec historia de arreptio, de foetu Petri, & Scriba, ac omnia illa alia, quae Matthaeus exinde ordinatim narrat cap. 8. & 9.

Marc. 1.

Marc. 1. n. 23. Et erat in Synagoga eorum homo in spiritu immundo, & exclamavit.

VERSIONES.

Vatabl. Theo. Homo obnoxius spiritui immundo. phylact. Homo qui tenebatur spiritu immundo. Syras. Homo habens spiritum immundi. Tolet. in c. 4. Luc. Homo habens spiritum immundi. an. 55. ex Graec. Dæmonij immundi.

ALTER TEXTUS.

Luc. 4. n. 31. Et in Synagoga erat homo habens Dæmonium immundum, & exclamavit voce magna.

EXPOSITIO.

NOTAT Hugo, quod D. Marcus in hac sua mysteriosa narratione. Primo posuit opus pietatis in vocatione discipulorum: postea, opus sapientia in praedicatione, & doctrina, nunc opus potentia ponitur in miraculorum operatione. His instrumur, ut semper pietas, & sapientia praecedant potentiam, quibus illa datur, ac regatur; & erat in Synagoga eorum, id est, tunc temporis Synagoga in Capharnaum aderat. Homo in spiritu immundo, id est, habens in se spiritum immundum ac malignum seu, ut explicat Syrus, qui tenebatur spiritu immundo, ab illo enim Dæmone, erat homo possessus, & detentus, ac si ab illo esset devictus. Et exclamavit, ut ait D. Lucas, voce magna; exclamavit, nempe spiritus immundus, seu Dæmon, per os hominis, tanquam per organum, ut ait Chrysostr. Chrysostr. homil. 5. in Marcum, si opus ejus est; quasi tormenta sustinens, quasi in dolore positus, quod si flagella ferre non valens. Nam, ut bene ait Beda, praesentia Salvatoris tormenta sunt Dæmonis.

Hugo. Pietas, & sapientia, concomitantur potentiam.

Syrus.

Chrysostr.

Beda.

QUESTIO II.

De nomine Dæmonis, de ejus ingressu in corpore humano, ac energumenis, & arreptitiis aliqua notantur?

Bubalus.

DE nomine Dæmonis multa, & late adducit Bubalus tom. de Angelis, quae. 50. quae. sua prima, art. 2. difficult. 2. & etiam in secunda parte illius. Ubi multae significationes possunt videri. Illa tamen est valde celebris, quae deducitur à nomine Graeco, quod idem valet, ac scio, seu novi, unde Dæmon est nomen Graecum, & idem valet, ac sciens, seu sapiens apud Latinos,

unde apud priscos Philosophos, hoc nomen in bonam & malam partem accipitur, ut testatur D. Isidor lib. 8. Etymolog. c. 11. Unde etiam Philosophi bonos Angelos Dæmones vocabant, ut ex Marco Ficino refert Suzarius tom. de Angelis, lib. 7. cap. 1. num. 6. Tamen hodie communis vox, ut docet Magnus Augustinus lib. 8. de Civit. Dei, August. cap. 13. & seqq. & lib. 9. cap. 19. secundum usum Scripturae, & Christianorum, Dæmones in malam partem accipit pro damnatis spiritibus, quod etiam apud Paganos jam observari solitum est, ut refert Eugubinus lib. 6. de peren. Philosophia, Eugubian. cap. 18. & l. 8. cap. 21. & 26. Significat enim nomen Dæmonis, ut advertit Toletus in cap. 4. Luc. ann. 53. scientem sine charitate, quae scientia non adhaeret, sed inflat, & non est in bonum, sed in malum.

Quod Diabolus aliquando ingreditur humana corpora, aperte docet sacra Scriptura, & largi experientia tot saeculorum demonstrat; multi enim effectus quos videmus in arreptitiis, non proveniunt ab influenza stellarum, non ab aliquo Dæmone exterius assistente, sed interius, ut docent D. Hieronymus cap. 5. Math. D. Augustinus, & alij Doctores statim citandi, & probat Joannes Cæsarius lib. 5. cap. 15. ex sacra Scriptura. Quia Christus praecipit Dæmonibus exire à corporibus. Marc. 5. n. 8. Exi spiritus immunde ab homine; ergo intus fuerat, non enim recte dicitur exire, nisi quod intus est.

Spiritus Dæmoniacus, non est in homine, ut spiritus humanus, seu anima, non enim potest esse forma corporis humani, nec ibi est tanquam pars integrans corporis, sed tanquam locatum in loco, in instrumento organico usurum; & sicut nos virtute propria, manus applicando corporibus, ea multipliciter movemus: ita Dæmon intra corpus existens sua virtute ea movere, & eorum membra; & cum ipse sit spiritus, inter hominem, nullum locum quantitativè occupat. Quae omnia rectè docent, & explicat D. Augustinus lib. 19. de civitate cap. 4. & lib. de Ecclesiast. dogmat. cap. 82. D. Thomas quodlib. 13. art. 8. Cæsarius lib. 5. cap. 13. Abulensis in cap. 7. Exod. quae. 16. & in cap. 8. Math. quae. 113. Delrius lib. 3. de Magicis delictis, quae. part. 1. quae. 4. & 4. circa medium. Toletus in cap. 4. Luc. annot. 54. Et quamvis Diabolus ingreditur humanum corpus, non tamen potest illabi in mentem hominis, solus enim Deus illabitur menti nostrae, ut docet D. Thomas citato D. Thom. loco.

Diabolus ingreditur corpus humanum, Deo sic permittente, ad ostentationem suae gloriae, seu ad peccati punitionem, sive ad peccantis correctionem, sive ad eruditionem nostram, ut agnoscamus nostrum crudelem adversarium, à cujus tyrannide nos ipse liberavit; Delrius verò citatus in fine sectionis, ait quod Deus hujusmodi ingressum Diaboli permittit aliquando propter grave aliquod peccatum obfessi, & non raro etiam propter parentum iratorum imprecationes, quod triplici exemplo confirmat Joannes Cæsar. lib. exempl. cap. 11. 12. & 16.

Quia à Diabolo vexantur, quidam dicuntur energumeni, quidam arreptiti. Inter quae nomina haec est differentia. Energumen vox Graeca, & idem valet, ac agi, & operari; unde illi, qui agitantur, seu excitantur à Dæmone, sive se ipsos torquendo, sive proprium corpus dilacerando,

Isidor.

Suzarius.

August.

Eugubian.

Hieron.

August.

Cæsar.

Hieron.

August.

Cæsar.

August.

Thom.

Abulens.

Delrius.

Tolet.

August.

Thom.

Cæsar.

Abulens.

Delrius.

Tolet.

August.

Thom.

Cæsar.

Abulens.

Delrius.

Tolet.

August.

Thom.

Cæsar.

Abulens.

Delrius.

Tolet.

August.

Thom.

Cæsar.

Abulens.

Fr. 4

sive alios invadendo, sive multa loquendo Ener- gumeni dicuntur, quia agitati, & moti à Dæmo- ne operantur. Arreptij vox est Latina, à verbo arripio, quod idem valet, ac ad me rapio, seu attra- ho; qui enim à Dæmone obtinentur, in quibus ipse est, tanquam in ligno, vel in statua, ut ita, verbi gratia, reddat homines cæcos, surdos, & mutos, ta- les arreptij appellantur, quia ipsum corpus, & ejus operationes, Diabolus ad se arripit.

QUÆSTIO III.

Quare Dæmones immundi appellantur?

11. APPELLANT Evangelistæ hoc Dæmonium jectum in Synagoga immundum, & in textu D. Marci, nulla est difficultas; ait enim, Erat homo in spiritu immundo. Sicut enim Matth. 10. n. 1. Dedit illi potestatem spirituum immundorum, &c. Nam cum spiritus sit nomen commune ad Angelos bonos, vel malos, ut esset manifestum, quod de malis erat sermo; ideo nomini spiritus addiderunt immundum. At D. Lucas scribit. Erat homo habens Dæmonium immundum, si dicit Dæmo- nium, ad quid necesse est addere immundum; quod aliquibus fecit difficultatem; sed nulla est, im- mo ad omnem tollendam sic narrat D. Lucas, nam cum ipse esset peritissimus linguæ Græcæ, bene noverat Dæmonem significare sapientiam; ne ergo aliquis contenderet sermonem, etiam ad bonos Angelos extendere, ideo ad distinctionem posuit immundum.

12. Cur ergo Dæmon vocetur immundus, est in- quirendum. Aliqui, ut solvant hoc dubium, no- tant ex Origene homil. 15. in Jofeph. Ambrosio lib. de Paradiso, cap. 12. D. Augustino lib. quest. ex utroque m. st. cap. 115. Sereno Abbate apud Cassian. coll. 1. 7. cap. 17. D. Hieronymus ad Ephe- sios 6. & Michæ. 2. qui docent esse in Dæmoni- bus quendam ordinem ad malum, quo designati sunt à suo Principe, ad tenendos homines, & ad hoc distribuuntur secundum diversitatem vicio- rum; ita ut quidam ex eis sint destinati ad ten- tandum de superbia, quidam de gula, alij de avaritia, alij verò de luxuria, & sensualitate. Et ita in Scriptura, aliquando quidam Dæmon di- citur spiritus mendax, 3. Reg. 22. num. 22. Alij di- cuntur spiritus erroris, 1. Timoth. 4. num. 1. Et alij spiritus fornicationum, Ose. 4. n. 12. Hoc supposi- to sunt aliqui Doctores inter quos est Abulensis in cap. 10. Matth. quest. 22. qui dicunt Dæmonium immundum illud dici quod ad immunditias, ac luxurias, & carnis spurcicias tentat, quod Dæ- mon potest dici spiritus fornicationis.

13. At hæc distinctio, & ordo inter Dæmoniacos spiritus communiter Recentioribus non placet, de quo vide Suarez lib. 8. de Angelis cap. 21. nu- mero 28. Et merito, imprimis nullum illius as- signatur fundamentum; deinde, quia idemmet spiritus Dæmoniacus sufficiens est ad inducen- dum, ad mendacium, deceptionem, & fornicationem. Nam in Angelis bonis, talis distin- ctio non traditur à Patribus, sed idemmet An- gelus bonus movet, & excitat ad omnium vir- tutum genera, ac à vitiis retrahit hominem suæ curæ commissum; ergo ad æmulationem boni Angeli depravatus spiritus de omnibus vi-

Origen, Ambros. Augst. Serenus. Hieron.

3. Reg. 22. 1. Tim. 4. Ose. 4. Abulens.

13. Suarius.

tiis hominem sibi commendatum tentabit, & ad malum pro suis viribus inducet.

Secundò Divus Ambrosius, sanctus Remi- gius docent, Dæmones dici immundos, eo quod Ambros. Remig. res immundas desiderent, & appetant, & ita peri- verunt mitti in gregem porcorum. At solutio non est multum firma, quia omnes Dæmones sunt obstinati in malo, & peccato, quod multo turpius, & immundius est, quàm porci & lu- tum. Ideo.

Tertiò, & vera solutio est, quam tradunt D. Hieronymus de filio prodigo ad Damasum: D. Vera sent. Augustinus lib. de vita Beata. Theophylactus, tenia. Euthymius, D. Bonaventura in Lucam. Carthu- Hieron. August. Theophyl. sianus, & alij, quod Dæmon dicitur spiritus im- mundus, spiritus ex sua substantia, immundus Euthym. verò à suis moribus, ac depravatis affectibus, quia Bonavent. Carthus. delectatur rebus obscenis, turpi immunditia ho- minum, vitiis, ac peccatis suis, & hominum; sua enim nequitia cælestem puritatem amisit, & fœ- da malitia illaqueatus est, ita ut omnium malo- rum spurcicia repletus sit. Victor Antiochenus Antioch. in Marc. Dicitur hinc spiritus immundus, cum propter obstinatum in impietate mentem fœdâque à Deo deflectionem, tum maxime, quod obscenis, flagitio- sisque operibus, mirifice oblectetur. Et ita dicitur Apoc. 16. num. 13. Vidi de ore draconis, & de ore bestia, & de ore pseudopropheta spiritus tres immundos exire in mundum sanarum; per tres autem spiritus immundos, potest intelligi omnis turpi- tudo, quæ ab ipso dracone, seu Dæmone exiit, tanquam à patre omnis immunditiæ, ut rectè ibi Ansbert. ponderat Ansbertus.

Marc. 1. n. 24. Dicens: Quid nobis, & tibi Jesu Nazarene: venisti perdere nos? scio, qui sis Sanctus Dei.

VERSIONES.

Euthymius. Sine, quid tibi nobiscum est Jesu. Theophylact. Ah, quid rei nobis tecum est Jesu. Syriacus. Novi te, qui es Sanctus ille Dei. Arabicus. Scio, quis sis Sacte Dei. Victor Antioch. Venisti ante tempus perdere nos.

ALTER TEXTUS.

Luce 4. n. 34. Dicens: Sine, qui nobis, & tibi Jesu Nazarene? Venisti perdere nos? Scio te quis sis Sanctus Dei.

EXPOSITIO.

IN homine loquebatur Dæmon, & dicebat sine, quod est in textu Lucæ, & multi coarctes, illud habent hic, & multi volunt, quod sit verbum per modum imperati

Euthym. imperativi, & idem est, ac sine, seu perimite, seu, ut ait Euthymius. Dimitte nos. Alij codices ponunt, Ab, seu, seu, quæ sunt interjectiones exclamantium, tam per dolorem, quàm per rei novitatem. At nec nostra Vulgata, nec Syriacus in textu Marci habet illam particulam.

17. Quid nobis, & tibi. Hoc est à Jesu, quid negotij, quid causæ nobiscum habes, ut nos Dæmones incessanter insequaris, & à principatu nostro, ac ab hominibus ejicias, in nullo te læsumus, nullam injuriam tibi intulimus, ut loquitur Toletus in Commentario Luca, cum sis Sanctus Dei, sed peccatores, tanquam nostri jus invadimus. Quid ergo tibi adversus nos? In his Diaboli verbis notandum est, quod impudicus mendacis se defendit. Nam gravissima extabat causæ, ut Christus Dominus Dæmones expelleret, mundi principatum injustè occupare volebant, Patris sui honorem impugnabant, & homines, quos liberare venerat Christus, opprimebant.

18. Jesu Nazarene, non Dominum, non Regem dicit, sed proprio nomine Jesum cum appellat, ut probet id, quod statim affirmat, nempe se illum agnoscere, & etiam moraliter dic, Jesum vocat, quasi sub tanto nomine aliquam pietatem posse invenire præsumens. Et Nazareum addit, illud pro nomen proferens, quo Christus vulgariter à loco educationis dicebatur. Venisti perdere nos. Aliqui codices addunt, ante tempus: sed nec nostra Vulgata, nec Syriacus hoc habent, & fortasse desumptum est ex Matth. cap. 9. n. 29. Dicunt perdere nos, id est, à nostra potestate privare, ab hominibus ejicere, & nos torquere, ac in Infernum mittere; Scio quis tu sis, phrasis Græca & idem valet, ac novi, quis tu sis. Hæc dicit Diabolus, ait Toletus in Lucam, ut à Christo impe- trare valeat, ne à corpore expellatur, cum præ- claram de eo habeat opinionem.

Syriacus, Matth. 9. 19. Sanctus Dei. In Græco est emphaticus articulus ille, ille Sanctus Dei; nempe ille Messias maxime desideratus, ac filius Dei per naturam, qui es Sanctus omnium Sanctorum; sciebat enim Diabolus, ut notat Franciscus Lucas ex Scriptura, Messiam Sanctum Dei appellari Psal. 15. n. 10. Non dabis Sanctum tuum videre corruptionem. Daniel. 9. num. 24. Vagatur Sanctus Sanctorum. Sic etiam & filium Dei Christum esse clamant Dæmones Matth. 8. num. 29. Marc. 3. num. 11. & D. Lucas cap. 4. n. 41. ait, quod Diaboli dicebant ipsum esse filium Dei, quia sciebant ipsum esse Christum, de hac re latè vide cap. sequente 9. 9. 11. 12. & 13.

Tolet. Franciscus, Lucas. Psal. 15. Daniel. 9. Luc. 4. 20. Sensus litteralis.

QUÆSTIO IV.

Quare Dæmones dicant Christo Domino, Quid nobis, & tibi?

SENSUM litteralem horum verborum jam dixi in expositione, Quid nobis, & tibi, id est, quid nos tibi mali facimus? Quare contra nos pugnas? Quare nos vexas? Non te, qui Sanctus es Dei, sed peccatores impetimus sic enim sæpè nos dicimus, cum pugnantibus nobis cum adversario, si aliquis non inimicus supervenit, ut succumbenti adversario patrocine- tur; quid mihi, & tibi est? hoc est, quid tibi ego

mali facio. Vade hinc, sine me cum inimico meo contendere? Aliqua tamen circa hæc verba maxi- mè sunt ponderanda.

Primò, Quod Christus ab hoc nomine unum Dæmonium ejiciebat, & tamen ipse plurimum nomine loquitur, sciebat eandem rationem esse sui & aliorum. Secundò ait Diabolus: Quid nobis, & tibi? Quod perbellè notavit Tertull. lib. 4. in Marcion. ap. 7. non dixit, ait, Quid tibi, & nobis, sed quid nobis, & tibi, se deprans, & sorti sua exprobrans. Suam miseram conditionem la- chrymatus Diabolus, exclamat? Quid nobis, & tibi est commune, cum ipse maxime à Christi consortio distat, & tunc prius se ipsos nominant. Quid nobis. Deinde, & tibi, quia tam largam se- parationem constituit, & fecit eorum pravarica- tio, & malitia, quia in suo ordine non steterunt, & ideo quod nihil commune habeant cum Deo, ipsi se primò ponunt in clausula, Quid nobis.

Tertò Si vis, præpondera etiam in his mali- tiam Diaboli, ait enim, Quid nobis, & tibi, scio, quod sis Sanctus Dei. Sen, ut est in Græco, Ille Sanctus Dei, id est Messias, & filius Dei, & ta- men Diabolus se proponit loco, & postponit il- lum, quem dicit Sanctum, & filium Dei, supre- mam ejus dignitatem clara voce fatetur, & ta- men nominationis locum primum sibi arripit. Diaboli ingenium, quod si verbis honorat, ope- ribus contemnit, si voce extollit, factis depri- mit. Verbo filium Dei dicit, tamen loci præemi- nentiam ei denegat, & impudicè sibi attribuit.

Dicebat Lucifer. In calum ascendam supra astra Dei exarabo solium meum, sedabo in monte testamenti in lateribus Aquilonis, Ilai. 14. num. 13. Voce agnoscit Deum, quo nihil majus dici po- test, Dominum stellarum fatetur. Et tamen Luci- fer quid cogitas, quid præsumis, Sedabo in monte testamenti, ait, ascendam supra altitudinem nu- bium, similis ero Altissimo. Si Deus, & Altissimus est, nullâ creatura ei potest adæquari. Quis si- cur Dominus Deus noster? Diaboli superbia, vo- ce Deum prædicat, cogitatu tamen, ac affectu dignitatem negat, & contemnit, dum ei se vult æquiparare.

QUÆSTIO V.

Quare Diabolus dicit quod Christus venerit in eorum perditionem?

AI Diabolus, venisti perdere nos, ideo in maxima quæstione versatur quid per suam perditionem intelligat inimicus. Breviter Divus Hieron. in Commentario Matth. cap. 8. ad Hieron. illa verba, torquero nos, duas sententias est am- plexus, sic ait: Dæmones cernentes Dominum in terris repemè versari ad judicandos se venisse cre- debant. Præsentia Salvatoris tormenta sunt Dæmonum. Itaque prima sententia est, quam cum Hieronymo tradunt Beda. Divus Paschasius lib. 5. in Matth. Zacharias Episcopus, quod Dæ- mones Christum videntes in terra sibi persuade- bant esse statim judicando, ac proinde deprecabantur, ut tam citò nollet diem judicij inducere, ut eos in tartaris recludat, Secunda senten- tia, quia, ut ait Hieronymus. Præsentia Salva- toris, tormenta sunt Dæmonum. Quomodo Chry- sostomus

21.

Tertull.

Iniquè ipse se parat à Deo.

22.

Ille Græcus.

Iniquus, se voce laudat, factis depri- mit.

23.

Ilai. 14.

Diabolus rone fatetur Deum, factis negat.

24.

Beda. Paschas. Zachar.

Christi præ- sentia tor- mentum Diaboli. Chrylost. Iostomus